

nefitii ex justa causa non presentante in tempore, scripsit *Vivian de Jure Patronatus lib. 7. c. 6. sub num. 2.*

13 Alter casus est, Metropolitanus permitte, pro ut in simili de Patrono beneficii; dixit *Vivian. dicto c. 6. num. 13.*, quod Episcopo consentiente, potest etiam transacto semestre, moram purgando presentare, ita, & in casu nostro, si Metropolitanus consentiat, ad quem de Jure devoluta est electio Vicarii, poterit Capitulum, etiam post octavam diem transactam, Vicarium constituere; quod autem Metropolitanus possit in hoc consentire, deducitur argumento ex *cap. 2. de supplenda negligentia Prælatorum*, ubi quod Episcopo liceat suplere negligentiam Prælati inferioris, notando verbum, liceat, quod non Juris necessitatem, sed liberam facultatem concedit, idem potest Episcopus, sicuti, & Metropolitanus in sui præjudicium terminum prorogare ad allegata per *Barbosam de off. & potestate Episcopi alleg. 72. num. 143.*, dummodo de solo eius præjudicio agatur, *Vivian. de Jure patronatus lib. 7. cap. 7. num. 10.*, ubi *n. 13.* quod ex hoc non potest præjudicium inferri alteri Superiori, ad quem forsitan Jus esset devolutum: *Antonel. de tempore legali lib. 3. c. 15. num. 11.*

14 Vidimus ergo supra in casu negligentia purgandæ per Capitulum, in casu non constituti Vicarii Capitularis in tempore, opinionem primam Capitulo faventem, alteram verò oppositam, quibus placet adnotare, quod habetur in *decis. Pedemont. 71. num. 68.*, quod in dubio, utrum negligentia sit purgabilis, vel impurgabilis, sicuti & mora, tunc benignior, & favorabilior pars sit tenenda, quia sic sequimur æquitatem, tum quia in dubio reis favendum est, tum quia pro Capitulo agitur de damno vitando, quo casu mora purgabilis est.

15 Limitatur secundò, prædicta regula casu quo negligentia proveniat ex mora irregulari, quod contingit, quando unus ex contrahentibus implevit pacta sibi imposita, alter verò negligat, tunc enim iste negligens non purgat suam negligentiam, ad allegata per *Paris. consil. 19. num. 234.*, ubi *num. 239.* id potissimum intelligi, si sequatur aliquod damnum contrahenti, qui prior sua pacta implevit, quo casu idem cessat purgatio negligentia, quia cessat canonica æquitas: *Calvin. de æquitate lib. 3. cap. 216. num. 11.*

16 Limita tertio, regulam in contractibus, quando in eis est appositam dies certa, & pœna ad favorem alterius contrahentis *l. magnam C. de contrahen. & commit. stipulat.*, ut post *Ferret. de mora dixit Rota coram Coccin. decis. 1088. num. 15.*, & *num. 16.*, ubi *num. 21.* signanter notat ad hunc effectum requiri utrumque scilicet appositam esse diem certam, & pœnam, ita ut alterum non sufficeret ad reddendam negligentiam impurgabilem, & licet *Farinac. loco supra allegato*, restringat in contractibus bonæ fidei, tamen hodie cum de Jure Canonico omnes contractus sint bonæ fidei, etiam in istis dicendum erit moram non esse purgabilem, quando sit dies certa, & pœna appositam, verum hoc intellige, ut dixi à principio attento rigore Juris Cæsarei, vel etiam attenda æquitate canonica si concurrat duplex mora, una per adventum diei, altera per debiti petitionem, quia concurrente duplici mora neque de Jure canonico purgari potest, ut supra explicatum est.

17 Limita quarto, in casu quo in contractu data negligentia implementi pactorum appositam esset resolutio contractus post certam, & determinatam diem, quia data negligentia post diem cessum, illa non potest amplius purgari *Seraphin. de juramento privileg. 48. nu. 20.*, *Coccin. dicta decis. 1088. num. 22.*

18 Limita quinto, si post lapsum termini, vel à Jure, vel ab homine positi, sit alteri Jus quæsitum, tunc negligentia non est purgabilis, quia res non est integra: *Bartol. l. primo num. 10.*, & *in l. cum quidam num. 7. ff. de legatis secundo*, *Paris. consil. 19. nu. 129.*, & *seqq. lib. 2.*; Hinc est, quod posuimus à principio nostram regulam, quod tunc negligentia sit purgabilis, quando res est integra, *Rota decis. 213. num. 14. part. 5. recentior*, ex opposito ergo impurgabilis erit, quando res amplius non est integra.

19 Limita sexto, quando inter contrahentes tempus determinatum est appositum, & conventum infra quod liceat aliquid facere, & non ultra, ut in pacto redimendi prædium venditum infra quinquennium, ita ut eo tempore lapso denegetur redimendi facultas, tunc post illud tempus elapsum non conceditur moræ purgatio, ne terminus sit inutiliter appositus, *Tiraquel. de retractu conventionali §. primo Glos. secunda num. 41.*, & *seqq.*, *Calvin. de æquitate lib. 3. cap. 273. num. 4. 5. & 6.*, & *seqq.*, ubi latius tractat hanc materiam, & in

in quibus casibus negligentia purgari possit post lapsum temporis concessum ad redimendum.

20 Limita septimo, ubi contra reum esset facta executio, eaque completa, & perfecta, secus verò si tantummodo incoata, & nondum ad ultimum complementum redacta, ut in casu deciso per *Rotam coram Coccino dicta decis. 1051. num. 3.* ubi quod, licet facta esset executio in bonis debitoris, eaque subhastationi supposita, si tandem subhastatio fuerit completa, & bona deliberata tunc non datur negligentia purgatio, secus verò si bona etiam subhastationi supposita, tamen non essent deliberata, quia executio non dicitur completa, & perfecta, ubi aliquid superest faciendum pro complemento, *Calvin. de æquitate lib. 1. cap. 79. num. 21.*; *Postbius de subast. inspect. 17. à num. 32.*, & *seqq.*, & *num. 44.*, & *seqq.*

21 Limita octavo, ubi mora, & negligentia esset geminata, quia si æquitas suadet, quod semel negligens moram purget, non item si secundo, aut tertio sit negligens; *Coccin. decis. 1051. num. 8.*, & *decis. 1088. num. 10.*, & *20.*, *Cerro decis. 235. num. 11.*, & *12.*, *Gabriel. de transactionibus conclus. prima num. 21.*, *Seraph. de juramento privileg. 48. num. 3.*

22 Limita nonò, in casu quo debitor esset factus deterioris conditionis post initam obligationem, quia tunc, ne quid deterius sequatur, non admittitur moræ purgatio, *Coccin. dicta decis. 1051. num. 9.*

23 Limita decimo, ubi expressè, & pacificè renuntiatum esset huic beneficio purgandi moram, seu negligentiam, quia tunc ex partium conventionione non purgatur. Dixi tamen si expressè, & specificè, quia si renuntiatum esset in genere omni legum auxilio, tunc non tolleretur moræ purgatio, *Coccin. dicta decis. 1051. num. 10.*

24 Limita decimo primo, quando in contractu sit aliqua declaratio, quod post lapsum temporis non liceat moram purgare, ut in emphiteusi si partes declarèt post lapsum biennii, neglecta canonum solutione incursum esse caducitatem absque alia declaratione, vel si hoc non sit expressum in instrumento emphiteusis, tamen Dominus directi post lapsum biennii declaravit caducitatem incursum, tunc non est locus purgationi negligentia ad tradita per *Cephal. Consil. 25. num. 25.*, *Gabriel. de transactionibus lib. 3. concl. 1. num. 33.*, *Tusc. litt. M. concl. 379.*, ubi quod etiam ne-

gligentia sit impurgabilis in casu emphiteusis prædictæ, etiam si Dominus non declaraverit caducitatem, quia si in investitura sit clausula, quod emphiteuta cadat ipso Jure, tunc negligentia sit impurgabilis, quia executio fit à Jure.

25 Limita decimo secundo, si res deducta sit ad forum contentiosum, quia Actor Reū citavit, & facta est litis contestatio, tunc enim non amplius Reo conceditur moræ, & negligentia purgatio. *Paris. Consil. 19. volum. 2. num. 241.*, & *Farinac. repet. judicial. quæst. 28. num. 3.*, *Aimon. Consil. 246. sub. num. 5.*

26 Limita decimo tertio, ubi contra morosum, & negligentem executio fit à Jure non expectata Judicis sententia, aut ullo facto hominis, licet requiratur sententia declaratoria, putà excommunicationem esse ipso Jure incursum ad allegata per *Tuscanum litt. M. concl. 379. num. 2.*, & *3.*, *Paris. dicto consil. 19. num. 245. vol. 2.*, *Gait. de credito c. 2. tit. 9. n. 3250.*; *Gratiana. discept. forens. c. 119. nu. 19.*, vel quando executio sententia facta est ab homine complete, & perfecte; *Cravet. consil. 216. nu. 23.*, *Bartolus in l. qui ob rem ff. de conditione indebiti.*

Hinc obligatus per instrumentum, quod habeat executionem paratam, moram, & negligentiam non purgat.

27 Limita decimo quarto, ubi intervenit juramentum, virtute cujus jurans constituitur in mora impurgabili ad allegata per *Marchesan. de comiss. restit. in integr. p. 2. §. 3. sub n. 16. ad finem*, ex quo juramentum quotidie interpellat, ita ut quot dies effluant tot concurrant interpellationes, undè negligentia sit geminata, & impurgabilis, ad latè tradita per *Seraphin. de privileg. juramenti privileg. 48. nu. 1. 2. 3. 4.*, tum quia non implens obligationem juratam sit perjurus, eo quia violat juramentum, perjurus autem, nec auditur, nec moram purgat, ex allegatis per *Barbosam in l. si quis major num. 17. Cod. de transactionibus*; Verum adhuc ex æquitate canonica, si Jus partis non sit factum deterius, non obstante juramento, admitti purgationem, communiter sentiunt D. D., *Postbius de subast. inspect. 17. num. 81.*, & *seqq.*

28 Quam sententiam videntur approbare *Pedemont. decis. 49.*, & allegati per *Farinac. fragment. criminal. part. 2. litt. I. num. 1174.*, cui concordant dicta supra, quod de æquitate canonica, negligens admittitur, licet perjurus,

rus, ad moræ purgationem; *Gabriel. de transactio. lib. 3. conclus. p. num. 12.*, *Seraphin. dicto privilegio 48. num. 8.* ubi num. 9. affert rationem, quod qui agit ad purgandam negligentiam, agit ad observantiam Juramenti, quia petit admitti adimplendum juramentum, quæ petitio videtur religiosa, & semper admitenda.

29 Limita Decimaquinto, negligentiam non purgare ab eo, qui compromisit in arbitros, & promisit eorum laudo stare, sub pœna expressa, & determinata, qui si laudo recusat stare, & appellet, licet postea pœniteat, & velit moram purgare, sera dicitur hæc pœnitentia, nec redimitur à pœna, moram, seu negligentiam purgando: *Calvin. de æquitate lib. 1. c. 79. num. 22.*, & seqq.

30 Limita Decimasexto, in tempore Legali, idest à lege decreto, quia eo elapso, non conceditur moræ purgatio, undè solum regula militat in tempore, & termino constituto ab homine, ut à Judice, vel à contrahentibus, ut latè ostendit *Surd. consil. 97. à num. 29.* & seqq.

ARTICULUS XXII.

De obligatione restituendi, quæ oritur ex Negligentia.

Obligatio restituendi oritur, vel ex influxu positivo in proximi damnificatione, ut furando, fata bobus depascendo, &c., vel influxu negativo, idest omittendo facere id, quod quis tenetur, ex qua omissione sequitur proximi damnum, de hoc secundo influxu agere est præfens institutum, quia talis omisso est actus negligentia, ex quo potest sequi obligatio restituendi, seu refarciendi damnum proximo illatum, per talem omissionem.

2 Iste influxus negativus solet à Doctoribus dividi in tres actus, seu in tres omissiones per hæc tria verba explicatas nempe (*Matus*) *Non obstant* (*Non manifestans*) primò contingit, quando quis potest impedire damnum proximi clamando, & non clamat, sed tamquam mutus silet, undè fur contrectat bona proximi, quod si videns talem contrectatio-

31 Plures alia limitationes possunt afferri, verum quia hæc materia de purgatione negligentia communiter tractatur à D.D. dum agunt de purganda mora, idèd ad eos remitto, ne alienos labores transcribam.

32 Limita Decimasextimo: In hærede, qui si non solvat, seu exequatur legata pia infra annum, executio devolvitur ad Episcopum, nec purgatio aliqua potest excusare, quin devolvat. *Diana p. 8. tract. 5. resol. 54.*

33 Hinc etiam fit locus regulæ approbatæ à Rota coram Pirovano in *Albanensi consilium 22. Aprilis 1622.*, quod ad supplendam Voluntariam Omissionem, & negligentiam nulla æquitas considerari potest. *Felin. in cap. Fraternalitatis num. 6. de testibus, Odd. de restit. in Integr. quest. 65. num. 61.*

34 Sicuti neque admittitur æquitas ad novum examen testium, quoties primo fuerunt examinati sine interrogatoriis per negligentiam partis non datis. *Rota coram Sacrato in Corduben. Prestimonior. decis. 488. num. 3.*, apud *Possium de manutenen.*

nem clamaret, putà dicendo cave furem, cave latronem, vel dominus rerum caveret, vel alii accurrerent, vel fur perteritus cessaret à contrectatione bonorum, sicque non sequeretur damnificatio, tacens ergo in tali casu influit influxu morali negativo in talem damnificationem, quod idem dicas de eo, qui obstare potest sine suo gravi incommodo, ne fur contrectet, & voluntariè omittit, & negligit, & idem de eo, qui potest sinè suo incommodo manifestare furem, undè qui passus est furtum, bona posset recuperare, nec tamen manifestat, sicque moraliter dicitur influere influxu negativo in talem damnificationem.

3 Dixi quod iste influxus negativus, consideratus in eo, qui tenetur clamare, obstare, manifestare; nam si nullatenus teneretur, nulla sequi potest obligatio, cum tunc nulla interveniat culpa contra Justitiam, jam enim usque ab initio hujus tractatus firmavimus, quod

quod negligens est, qui omittit facere id, quod tenetur, & potest, si igitur non teneatur, neque incurrit negligentiam.

4 Ut autem rem clarius enodemus, videndum est, quis teneatur, & universaliter loquendo regula est, quod de Jure Civili nemo tenetur ex Justitia obviare delicto, etiam si commodè possit, & sine suo periculo, putà insultatum defendere, furtum impedire, aut factum, aut verbis; *Felin. in c. Quanta num. 4. de sent. excom.*, & regula ista probatur ex quo, si in Jure habeantur textus obligantes aliquos ad obviandum delictis, isti non generaliter, sed in specie de aliquibus personarum generibus limitatè loquuntur, ut de Servo, qui tenetur dominum insultatum defendere est *tex. in l. prima §. Servus, & §. Occisor ff. ad Sillanian. vel nisi sit pretio, & mercede conductus, ut in l. metum la 3. §. sed licet ff. quod metus causa, & latè examinat hunc articulum Menoch. de arbitr. Judic. c. 355.*, ubi num. 5., quod conscius furti, non obvians ad restitutionem non tenetur, nisi eorum unus sit, qui furto obviare teneatur, ut in famulo, & similibus, ubi num. 9. limitat regulam in crimine lesæ majestatis, tunc conscius debet impedire si potest, vel revelare, per *tex. in l. Quisquis §. id quod C. ad l. Juliam majest.*, alias non impediendo, vel non revelando resultaret contra eum inditium occultæ societatis, & num. 18. quod reg. fallit in Uxore, quæ tenetur revelare conspirationem, quam novit factam contra maritum, & num. 19. quod fallat in Vassallo, qui pariter tenetur impedire, si potest, aut revelare conspirationem, quam novit factam contra dominum, & num. 20. hoc idem firmat in cõsanguineis, cæterisque sanguine conjunctis; eandem regulam fusè satis more solito comprobatur *Farinac. quest. 51. à num. 1.*, & seqq., ubi num. 26. easdem limitationes confirmat, *Decius in l. Culpa caret ff. de regul. Juris, Cagnol. in eadem l. Culpa caret*, Contra hanc regulam videtur satis urgere *tex. clarus in dicta l. Culpa caret, & in l. nullum crimen. ff. de reg. Jur., cap. negligere 2. q. 7.*, in quibus dicitur, quod tunc culpa caret, quando non potest impedire, ergo si possit, non caret culpa, *Cagnolus in dicta l. culpa caret à num. 3.*, & seqq. addendum esse putat (*si teneatur*): ut Offitialis, Servus, secus verò, si non teneatur ex aliquo offitio, contractu, aut conditione, oportet igitur investigare, quis, & quo titulo teneatur proximum defendere, furta, & dam-

na prohibere, aut jam facta revelare.

5 Ex duplici autem titulo contingere potest, quem teneri evitare hujusmodi negatiuū influxum, scilicet, vel ex charitate, vel ex justitia, ex charitate tenetur unusquisque, quia unicuique mandatum est de proximo suo, & instauratur, in secundo præcepto charitatis (*diliges proximum tuum sicut te ipsum*) ex hoc verò capite oritur quidem obligatio sub mortali, si contingat negligentia, & omisso in re gravi, non tamen obligatio restituendi, quia lex charitatis ad restitutionem non obligat, etiam si quis malo animo, putà ex odio, invidia, vindicta negligeret obviare proximi damnificationem, ut ex communiori Doctorum sententia contra *Cajetanum, Angelum, Riccardum, Valerum*, benè observant *Lessus de Just.*, & *Jure lib. 2. c. 13. nu. 63.*, *Filiut. tract. 32. c. 3. quest. 12. num. 7.*, *Bonacina de restit. in genere d. 1. q. 2. p. 11. num. 2.*, *Azorius p. 3. lib. 4. c. 16. quest. 2.*, *Farinac. quest. 51. num. 25.*

6 Qui verò tenetur ex Justitia evitare hujusmodi influxum negatiuum, & non evitat, iste tenetur ad restitutionem, seu magis propriè loquendo tenetur refarcire damnum proximo illatum, suo influxu morali negativo, qui autem ex justitia teneatur, latius explicandum est (primò quidem regula est, quod omnes, qui ex contractu, vel quasi contractu tenentur damnum proximi evitare, ij ex Justitia obligantur, & negligentes peccant mortaliter, & tenentur damnum refarcire.

7 Inter quos primus, & principalis est Princeps quocunque titulo decoretur sive Imperatoris, sive Regis, sive Ducis, sive Præsidis provincie, omnes enim ex quo Regni status, vel Provincie regimen acceptarunt, cui correspondet honor, & lucrum, ex quasi contractu, tenentur subditorum, & populorum damna evitare, idèd *Hieronymus super Hieremiam ad c. 22. relatur in c. Regum offitium 23. q. 5. ait, Regum offitium est proprium facere juditiu, & justitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & Peregrino, Pupilloque, & Vidue, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium, nam nihil Regi prodesset si diceret, ego neminem calumniavi, ego neminem oppressi; nam Deus Hieremie c. 7. ait, nolite contristare, ut non solum non eripiat, sed ne patiamini, quidem per vestram conjuentiam ab aliis contristari, idèd *Turrecremata in dicto c. Regum offitium*, verbum illud (*conjuentia*) explicat idèd negligentia vel consensu, quia dum negligit tollere*